






## Epistle for the Feast of St. Luke


**L**  Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apóstoli ad Corínthi-os.


**F**  RAtres: Grá-ti-as ago De-o, qui dedit e-ándem solli-citúdinem pro

 vobis in corde Ti-ti, quóni-am exhorta-ti-ónem quidem suscepit: sed cum


 solli-cí-ti-or esset, su-a voluntáte proféctus est ad vos. Mí-simus é-ti-am


 cum illo fratrem, cujus laus est in Evangé-li-o per omnes ecclési-as: non

 solum autem, sed et ordinátus est ab ecclési-is comes peregrina-ti-ónis

 nostræ in hanc grá-ti-am, quæ ministrátur a nobis ad Dómini glóri-am, et

 destinátam voluntátem nostram: devi-tántes hoc, ne quis nos vitúperet in


 hac plenitúdine, quæ ministrátur a nobis. Providémus enim bona non so-




lum coram De-o, sed é-ti-am coram homínibus. Mí-simus autem cum illis




et fratrem nostrum, quem probávimus in multis sæpe sollí-citum esse:




nunc autem multo solli-ci-ti-órem, confidénti-a multa in vos, sive pro Tito,



qui est sóci-us me-us, et in vos adjútor, sive fratres nostri, Apósto-li ec-



clesi-árum, glóri-a Christi. Ostensi-ónem ergo, quæ est cari-tá-tis vestræ,



et nostræ glóri-æ pro vobis, in illos osténdi-te in fáci-em ecclesi-árum.